



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

LXXXIV. Henning von Ronstede bezeugt, gegenwärtig gewesen zu sein, als am 22. Mai 1327 die Knappen Thideke und Albern von Oderberg halb Serwest dem Kloster Chorin aufließen, am 6. Mai 1350.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

LXXXIV. Henning von Ronstede bezeugt, gegenwärtig gewesen zu sein, als am 22. Mai 1327 die Knappen Thidese und Albern von Oderberg halb Serwest dem Kloster Chorin aufließen, am 6. Mai 1350.

Ego Henningus de Ronstede, famulus, serie presentium recognosco ad omnium notitiam cupiens peruenire, quod sub anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXVII<sup>o</sup>. in crastino Ascensionis domini corporaliter presens fui, vidi et audiui, quod strenui famuli Thidiko et Albernus, fratres, dicti de Oderberghe, cum bona voluntate post venditionem legitime celebratam omnia bona sua in Zerwitiz, videlicet mediam partem ville cum dimidia parte stagni eidem dimidie ville adjacenti cum omnibus aliis eisdem bonis adjacentibus, cum omni jure et utilitate resignauerunt ad manus et perpetuum usum venerabilium Dominorum, domini Abbatis in Choryn et sui conuentus, renunciantes simpliciter omni juri, commodo et utilitati, que eis aut heredibus eorum in dictis bonis competebant seu competere poterant in futurum. In cujus certitudinem presentia meo sigillo ex certa mea scientia duxi roboranda. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. L<sup>o</sup>., in vigilia ascensionis Domini.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerkens Cod. II, 488.

LXXXV. Der Knappe Nicolaus von Leyne resignirt dem Abte Heinrich von Chorin Besitzungen in Golze, am 1. Juli 1350.

Ego nicolaus, dictus de Leyne, famulus, serie presentium recognosco, quod de vnanimi consensu omnium heredum meorum, quorum consensus de jure vel de facto fuerat requirendus, duo frusta annui pachtii in villa Goltycz sita et si quid plus ibidem habui aut habere potui, Resignauit et presentibus resigno venerabili patri domino heinrico, abbati, et Ecclesie in choryn libere et pacifice in perpetuum possidenda, Renuncians omni actioni, Juri, questionem et impetitioni, que michi aut heredibus meis in dictis Bonis competebant seu competere videbantur. Pro qua resignacione quinque marcas Brand. argenti persoluerunt abbas et conuentus amicablem et complete. In cuius Testimonium presentem litteram eis dedi meo Sigillo roboratam. Actum et datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. L<sup>o</sup>., In Octaua beati Johannis Baptiste. Testes huius sunt strenui famuli heinricus Badelow et Waltherus ascherfleyuen cum aliis multis fide dignis.

Nach dem Original des Königl. Geh. Staatsarchives.